DE
# MVHAMEDO IVDAIZANTE
DISSERENS
AD
# ENCAENIORVM ATHENAEI DRVSICI
SOLEMNIA
*D. XXVIII. NOV. A. MDCCLXXI*
IN ACROATERIO MAXIMO
*HORA IX. MAT.*
PVBLICE CELEBRANDA
PERMAGNIFICVM AMPLISSIMVM
CONSVLTISSIMVMQVE
CIVITATIS REGIAE
ELBINGENSIS
MAGISTRATVM
ET RELIQVOS
BONARVM ARTIVM AMATORES
PRO SVA QVEMQVE DIGNITATE
SVSPICIENDOS ET COLENDOS
OMNI QVA PAR EST REVERENTIA AC HVMANITATE
INVITAT

IOANNES LANGIVS
GYMN. RECT. [illegible] THEOL. PVBL. ET BIBL.

---

ELBINGAE
LITTERIS NOHRMANNIANIS.



Si vnquam, nunc maxime Turcarum bella fataque per totam, qua patet, Europam, nedum & alias mundi partes, Aſiam in primis atque Africam in hominum ore ſunt, & omnium oculos animosque in ſe conuertunt. Quot enim expeditiones bellicas, infauſto ſidere inſtitutas, natio ſaracena hactenus geſſit? Quot cladibus, quot proeliis illa a victricibus hoſtium armis affecta eſt? Quot denique vrbes munitiſſimas, quot regiones & principatus ampliſſimos, Magni Sultani ſceptro ſubjectos, fortuna Muhamedanis aduerſa, per tres & quot excurrit annos in Ruſſorum ditionem ac fidem redegit?

Non vero eſt, cur miremur, Turcas ad bella, dubio marte neunda, tam faciles, tamque procliues eſſe. Horum enim res ublica pariter ac eccleſiaſtica non niſi politica eſt & plane militaris. Siquidem in caſtris illa nata & prognata, nihil niſi arma emper ſpirauit, & magna orbis chriſtiani parte igne ferroque olim ſubacta, religionem ſalutiferam Muhamedismo vbiuis terrarum ſuccumbere cöegit.

Conſtat autem, religionem, quae a Muhamedo nomen trahit, non ſimplicem eſſe, ſed miſcellam, judaicae, chriſtianae ac gentilis fidei dogmatibus compoſitam. Cum enim arabs ille vaferrimus, agnita craſſae gentilium idololatriae, cui ipſe addictus erat, vanitate ac ſtultitia, de ſacris cum judaeorum tum chriſtianorum notitiam ſibi paraſſet aliqualem, & inter Chriſti diſcipulos multa diſſidia, multaque vitia; in populo vero iſraelitico contemtam diſperſionem, viresque plane attritas vidiſſet: conſilium iniit, ex omnibus ea, quae ad palatum ipſius eſſent, eligendi, nouamque illam doctrinam primum per Arabiam, & reliquas poſtea Aſiae prouincias dolo armisque propagandi. Juuat ergo in praeſenti ſchedula inuitatoria paucis exponere, quae dogmata religionis Muhamedi a judaeis petita ſint, & in quibus eum judaizantem eſſe, affirmare liceat.

Non vltima iſacidarum laus eſt, qua gloriantur, ſe Abrahami filios, illum habere patrem. A pio enim & generoſo ſanguine originem ſuam traxiſſe, multum commendationis, praeſumtionis multum ſecum fert. Callidus ergo Pſeudopropheta religioni ſuae recens compillatae antiquitatem; ſibi vero ſuisque auctoritatem conciliaturus affirmabat, Patriarchas ac Prophetas V. T. doctrinae ſuae aſſeclas, ſeque cum illis ab Abrahamo ortum eſſe. Quippe contendebat, judaeos Iſaaco, a Sara vxore ejus nato; muhamedanos vero Ismaeli, alteri Patriarchae filio, ab Hagare genito, ſtirpem vitamque ſuam debere. Qua propter Turcae etiam Iſmaelitae & Agareni nominari ſolent.

Dum vero Muhamedus, inſtar vertumni omnium horarum omnium hominum homo, in dogmatum conſignatione judaeorum animis ſe accommodare ſtuduit: eam quoque, quam illi de DEO fouebant ſententiam, amplexus eſt. Agnito enim polytheismi, naturae diuinae & ſanae rationi aduerſantis errore, cum judaeis ſtatuit, non eſſe DEVM, niſi verum illum DEVM, eumque

vnicum,

vnicum, negata ſimul in diuinitate perſonarum Trinitate. Licet enim in eccleſia patriarchali juxta ac moſaica perſonarum pluralitas credentibus iſraelitis ex ſacri codicis libris, ad vetus teſtamentum ſpectantibus, minime ignota fuerit: moderni tamen judaei conſtantem illam omnium ſaeculorum doctrinam de SS. Trinitate rident, impoſſibilem eam clamitantes. Quae vero judaeorum ſententia cum Muhamedo arrideret, non potuit non, quin etiam Chriſtum, Mariae filium, filium DEI verumque DEVM eſſe, cum iisdem in dubium vocaret. Hi enim Saluatorem noſtrum perſonam diuinam eſſe, ac cum Patre & Spiritu Sancto vnam eandemque habere eſſentiam, ex inueterato odio ſtrenue pernegant. Qua in re Muhamedus, judaeorum pollicem premens, aperte judaizat. Quamuis enim de Chriſto, vt DEI legato, honorifice exiſtimare videatur: attamen contra aeternam ejus generationem, veramque diuinitatem tam plura tamque grauiora habet, vt ea ſine pietatis laeſione ab omnibus vix legi poſſint. Hinc ille diuinam Trinitatem & Chriſti deitatem credentibus, judaeorum more exſilium, ignem, ferrumque pro temeritate ſua denuntiat. Aſt ringat judaeus apella, toruum videat Muhamedus, exſibilet paganus, & fidem chriſtianorum ſtultitiam proclamet. Haec ſublimior eſt noſtra philoſophia, ſcire, DEVM triunum, & Chriſtum filium DEI, verumque eſſe DEVM.

Porro eccleſiae inter moſaicae ſacramenta primus omnino vindicatur locus circumciſioni, quam omnium praeceptorum maximum eſſe aſſerunt judaei, per eam aeternum Iſraelis ſe ingredi foedus ſtatuentes. Hinc neminem, niſi hoc initiationis ſacramentum inierit, ſaeculi futuri heredem fore credunt, omnibus ante circumciſionem irae diuinae filiis a natura exiſtentibus. In hoc quoque capite Muhamedum judaizantem deprehendimus, niſi dicere velis, circumciſionem non tam a populo judaico mutuatam, quam a ſuis potius popularibus, Ismaelitis, petitam eſſe. Interim quod quondam conſuetudine factum, jam lege Alcorani

 ſancitum

ſancitum eſt, vt ſicut puer ebraeus octauo die, ita muhamedicus quinto, ſexto, ſeptimo vel octauo aetatis anno circumcideretur. Hinc etiam, ſi quis exrra pomoeria eccleſiae muhamedicae natus, ad caſtra ejus tranſit, ſufficit, vt circumcidatur. Quo facto fidem ſaracenicam amplectens, ſtatim Muſelmannus, id eſt, credens, vel etiam Islamismus, verae fidei aſſecla eſſe creditur. Verum enim vero in Chriſto Ieſu neque circumciſio quicquam valet, neque praeputium, ſed noua natura & fides, per caritatem agens.

Ad haec judaei legem illam cibariam, de mundis immundisque cibis ſancitam, admodum exacte obſeruant. Malunt enim vitam cum morte commutare, quam praeceptum illud caerimoniale violare & cibo vti, in oraculis diuinis prohibito. Quamuis vero vmbratica illa lege ſublata, in oeconomia N. T. mundis omnia munda, regnumque Chriſti non eſcam, non potum, ſed juſtitiam, pacem & gaudium in Spiritu Sancto eſſe ſciamus: muhamedanis tamen judaizare, & ciborum delectum habere placet. Omni enim, qua fieri poteſt, cura abſtinent a vino, vuis quanquam illis licitum eſt vti; abſtinent quoque a carne ſuilla, ſuffocato ac ſanguine; quia victum illum hominem reddere credunt immundum.

Nec praetereunda eſt conſtans illa judaeorum de purgationibus per aquam doctrina. Non enim ſacerdotes modo, ſacra in templo adminiſtrantes, lege moſaica tenebantur, manus pedesque in mari aeneo ter quotidie lauare, ſed ea quoque in conuiuiis, aliisque eorum conuentibus inualuit conſuetudo, vt in illis lotionis curam haberent primam. Nec is hodie inter judaeos obſoleuit mos; ſed ſicuti in purgandis vaſibus anxii ſunt & ſolliciti: ita religioni ſibi ducunt, illotis manibus precari, vel cibum capere. Quo in cultus externi ſtudio Muhamedus quoque judaizans, Abrahami filios aemulari voluit. Hinc vt munditiei curam aſſeclis

clis ſuis injungeret, illis maxime, qui deuotiores videri vellent, frequentia commendavit balnea, ad maculas diluendas neceſſaria. Nam in lotione quotidiana remiſſionis peccatorum remedium collocauit, ac non niſi manibus prius lotis preces fundi & Alcoranum contrectari juſſit.

Quod ad doctrinam de fato, in illa quoque Muhamedus judaizare videtur, niſi eam ex gentili Stoicorum ſchola aſſumtam eſſe, ſtatuere velis. Ex judaeorum enim caterua ſi non omnes, multi tamen credunt, DEVM hominis voluntatem omni prorſus libertate priuare, & pro diuina ſua omnipotentia cum mortalibus abſolute agere. Ipſe jam Gamaliel, Synedrii magni aſſeſſor, fatum, non quidem hypotheticum, ſed ſtoicum omnino innuere videtur, dicens: ſi ab hominibus eſt conſilium & opus, abolebitur; ſin a DEO, illud abolere non poteſtis, ne forte cum DEO pugnare comperiamini. Cui ſententiae, tum temporis regnanti, omnes obtemperarunt. Act. V, 38. 39. Hanc itaque judaeorum de fato mentem Muhamedus etiam ſuam fecit, affirmans, DEVM fatali decreto alios igni, alios paradiſo adjudicaſſe, eaque propter in hac vita non omnes veritatis luce illuſtrare, ſed magnam hominum partem falſorum pro veris oblatione ſeducere. Hinc non erubuit, ſuam de hac materia breui includere ſymbolo, idque vt ſaepius recitetur, jubere, hujus tenoris: credo DEVM, angelos, libros propheticos, extremum judicium, & quod omnia tam bona quam mala fatali quadam fiant neceſſitate.

Reliquis ſilentii peplo inuolutis, liceat coronidis loco Muhamedum adhuc, in doctrina de vita aeterna judaizantem contemplari. Abſona quidem & rationi ſanae contraria eſt opinio, homines, ad vitam aeternam reſuſcitatos, eſuros, bibituros & corporeis voluptatibus fruituros eſſe. Interim ex judaeis non pauci dantur, qui idem affirmantium partes ſuſcipiunt, & commentum hoc variis rationibus, licetſi friuolis euincere ſtudent. Qua fictio-

fictione Muhamedo nihil gratius, & ad propagandam religionem suam nihil accommodatius visum est. Hinc beatitudinem aeternam in voluptatibus carnis collocauit, easque veluti praemium virtutis & pietatis in altera vita suis promisit spurcissimus ille. Lubens jam sicco praetereo pede reliqua absona ejus & ridicula de vita aeterna figmenta, ex humana ratione facile confutanda.

Misso ergo Muhamedo judaizante, juuat potius ex solius Saluatoris ore pendere, eumque doctorem coelitus datum in vita & in moribus per omnem aetatem sequi. Cui negotio scholae christianae, ad scaturiginem sapientiae cum diuinae tum humanae ducentes, omnino inseruiunt. Cum itaque lux Gymnasii patrii natalis supra centesimam septuagesima secunda in crastinum diem incidat, eum Musae nostrae ex more a Majoribus tradito officiis & adprecationibus suis vindicabunt. Dum vero singularem alacritatem Superiorum conspectus & praesentia tenerae juuentuti addere, eamque ad majores conatus non mediocriter excitare solet: mearum partium esse duxi, ILLVSTREM, PERMAGNIFICOS, MAXIME STRENVOS, GENEROSOS, AMPLISSIMOS, CONSVLTISSIMOSQVE VRBIS PROCERES, DN. DN. BVRGGRAVIVM REGIVM, PRAESIDEM, PRAECONSVLES, CONSVLES, MAECENATES AC ATHENAEI HVIVS PROMOTORES, OMMI LAVDIS ET VENERATIONIS GENERE PROSEQVENDOS; RELIQVOS etiam EXCELLENTI, PLVRIMVM REVERENDA, PRAENOBILI, NOBILI, SPECTABILIQVE DIGNITATE CONSPICVOS ARTIVM FAVTORES ET AMICOS, SVO QVEMQVE LOCO AC ORDINE DEBITE DECENTERQVE COLENDOS identidem & qua decet obseruantia rogare, vt Musis nostris indulgere, & crastino die sua Camoenarum votis pro Gymnasii flore atque salute conjungere dignentur. P. P. Elbingae. D. XXVII. Nou. MDCCLXXI.



# Das unbeständige Glück der Ottomannischen Pforte

bey Gelegenheit der 172sten Stiftungsfeyr des Löblichen Elbingischen Gymnasiums den 28. des Wintermonats 1771 vorgestellet.

---

Der Vorredner,
Theodor Michael Sieffert,
spricht von der ehemahligen geschwinden Ausbreitung des türkischen Reiches, und empfiehlet die ganze Abhandlung zu einem Hochgeneigten Gehör und einer gütigen Aufnahme.

## I. Abschnitt.

Der Schatten des Muhameds,
welchen Friedrich Haage vorstellet,

fordert die Muselmänner auf, von der Ottomannischen Macht, Regierung und Religion ihre Meinung zu sagen.

Zacharias Janßen
Carl Wilhelm Fromme
Daniel Samuel Rogge
Alex. Gottlob Kiedt

Johann Jacob Holtz
George Theodor Land
Johann George Schipplick
Ludwig Gebhard.

Ueber welchen Auftritt
Carl Ferdinand Ramsey
als ein Christ seine Reflexions machet.

Theodor Michael Conrad Stoltz
ellet unter dem Namen Ibrahim einen Schifscapitain vor, der mit seinem Kriegesschif, die Sultane genannt, wieder die Christen ausläuft, welchem die Türken in der Person des

George Christian Theod. Brakenhausens
Benjamin Friedrich Mioduczewski
Johann Jacob Möllers

Martin Thomas Schmidts
Carl Christoph Baums
Michael Gottlieb Thurau

zu seiner Expedition Glück wünschen, und gegen andere Nationen trotzig thun.

Die Türken wollen von einem Seetreffen des Ibrahims Nachricht haben.

Samuel Traugott Grüttner
Benjamin Silber.

## Stoltz.

Der Seecapitain Ibrahim stellet dem Capitain Bascha, dessen Rolle
**Theodor Michael Sieffert**
spielet, von seiner zurückgelegten Reise Bericht ab.

Die Türken stimmen ein Triumpfslied an.

Sigismund August Sieffert
Johann Carl Friedrich Kobligk
Gottfried Schipplick
Christoph Friedr. Stephani
Daniel Christian Lange
Carl Wilhelm Lange.

## Johann Jacob Meienreis,

der einen gefangenen Ritter, Namens Montaldo vorstellet, beklaget seinen Zustand, in welchen er im letzten Treffen gerathen.

## Meienreis, Stoltz.

Montaldo führet sich gegen den Capitain Ibrahim muthig und unerschrocken an.

## Die vorigen und Sieffert.

Ibrahim schenkt den gefangenen Ritter Montaldo dem Capitain Bascha, der ihn auf Erlaubniß des Großherrn in das Staatsgefängniß, die sieben Thürme genannt, bringen lässet.

Eine pöetische Beschreibung der sieben Thürme.

Carl Israel Lange
Carl Christian Kretschmer
Johann Gottfried Rahnke
Samuel Sigismund Rogge
Johann Friedr. Michael Sieffert
Christian Gottfried Fromme
Johann David Wulff
Johann Christoph Zimmermann
Joh. Andreas Stephani.

## Meienreis und Gottfried Kanngiesser.

Montaldo trift in den 7 Thürmen unter den Gefangenen einen Blutsfreund an, Namens Caraffa.

Meien=

Meienreis und Nathanael George Land.

Der Imam der Moschee in den sieben Thürmen suchet den Montaldo zum Muhamedanischen Glauben zu bereden; der aber in seinem Christenthum beständig bleibet.

---

# II. Abschnitt.

## Ferdinand Theodor Brakenhausen,

welcher in dem Caracter des Stambuls Effendi wegen des Wohlstandes der Ottomannischen Pforte sehr unruhig ist, wird von

## Johann Peter Schumacher,

einem Chiausen benachrichtiget, was im Reich vorgehet.

Die Türken beklagen sich über ihr gegenwärtiges Unglück und gedenken einen Aufstand zu erregen.

Johann Friedr. Konopacki
Johann Daniel Zabienski
Martin Gottlob Groß
Christian Großmann
Christian Friedrich Stobbe
Philipp Schröter
Samuel Gottfried Frenzel
Joh. Ephraim Mioduczewski
Johann Friedrich Bleynagel.

Einige Grosse der Ottomannischen Pforte unterreden sich: Wozu wohl der Großherr bey gegenwärtigen Umständen des Reichs schreiten sollte? als der

Großvezier in der Person des **Carl Friedrich Kriese**
Capitain Bascha — — — **Theod. Mich. Sieffert**
Reiß Effendi — — — **Carl Alex. Brakenhausens**
Teſterdar — — — **Joh. Christian Horns,**

welcher, dem Fall der Länder weiter vorzubeugen, den Frieden als das beste Mittel vorschläget.

## Theodor Ferdinand Köppen

behauptet, daß die Ottomannische Pforte nicht jetzo erst, sondern schon in dem Carlowitzischen Frieden zu fallen angefangen.

## Kriese, Sieffert, Brakenhausen, Horn.

Der Reiß Effendi hinterbringt dem Großvezier, Capitain Bascha und Tefterdar die Einwilligung des Großherrn, zum Frieden zu schreiten. Worauf der Capitain Bascha den gefangenen Montaldo, als eine Mittelsperson empfiehlet, den Waffenstilstand, und endlich den Frieden mit den Feinden zu bewirken.

Von

Von den Vortheilen des Friedens reden

Daniel Torbork
Johann Daniel Braun
Israel Zimmermann
Johann Daniel Rogge
Carl Ferdinand Sieffert
Johann Heinrich Hanff
Daniel Jacob Ballermann
Martin Gottlob Grüttner
Johann Isaac Reimann.

## Sieffert, Meienreis.

Montaldo wird vom Capitain Bascha zu dem Geschäfte des Friedens angenommen, und komt in Freyheit; bittet sich aber zum Mitgefehrten den gefangenen Caraffa aus.

Adam Gottfried Hoppe
Michael Braun
Johann Friedrich Konopacki
Johann Jacob Hanff

beweisen, daß der Friede, den die Christen mit den Türken von je her geschlossen, nicht immer ein Friede, sondern oft nur ein Waffenstilstand gewesen.

## Meienreis, Kanngießer.

Montaldo erzehlet dem Caraffa, was mit ihm vorgegangen, kündiget ihm zugleich die Freyheit an, und machet sich mit ihm zur Abreise fertig.

Michael Gottlieb Fuchs
Daniel Friedrich Conradi

wünschen, daß Gott den Frieden bald schenken wolle.

Der Nachredner,

Carl Friedrich Kriese,

untersuchet, was von dem Untergang des türkischen Reichs zu halten sey, danket den Höchst- Hoch- und werthgeschätzten Anwesenden für die gegonnte Hohe Gegenwart, und empfiehlet das Gymnasium zu Ihrer ferneren Wohlgewogenheit.

